

AUGVSTINVS DODO FRYSIUS.



AVgustinus in Frisia natus & educatus fuit. Is cum per ætatem licuit hinc inde ad Vniuersitates profectus, magnam rerum notitiam acquisiuit. Cum autem is iudicio præclaro polleret, atque uideret Sophistarum argutijs, ac Monachorum uarijs altercationibus optimos quosque authores ex scholis proscriptos, ipse eosdem hinc inde conqui-
suiit, ac diligent lectione eorum uerum usum intellexit. In primis autem S. Augustini opera cum tineis & blatteis decertantia ex pulueribus collegit, atq; sua industria effecit ut ea Basileæ ab Amerba-
chijs æneis typis æderentur. Itaq; huic Augustino
lebemus quod Augustini opera primò in lucem
fuerint ædita. Claruit is anno Christi circiter 1498. Geff. in Bibl.